



Prot. N. 1040/22/I

## DECRETUM

*PAENITENTIARIA APOSTOLICA, ad augendam fidelium religionem animarumque salutem, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Francisco Divina Providentia Papa tributarum, attentis precibus nuper allatis a Mauricio Artale, Praeside Centri Hospitalitatis "Pater Noster", Archidioeceseos Panormitani, Exc.mo Archiepiscopo Metropolita enixe favente, occasione sollemnum in honorem Beati Fundatoris Iosephi Puglisi celebrationum quae, a die I Ianuarii usque ad diem XXXI Decembris MMXXIII peragentur, de caelestibus Ecclesiae thesauris benigne concedit plenariam Indulgentiam, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et orationem ad mentem Summi Pontificis) rite adimpletis, a sodalibus aliisque christifidelibus vere paenitentibus atque caritate compulsis lucranda, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint, si Cathedralem Panormitanam vel quodlibet Templum, ut in supplicibus litteris iam porrectis, in forma peregrinationis inviserint et ibi sacris ritibus devote interfuerint, vel saltem coram Iosephi Puglisi exuviis per congruum temporis spatium piis vacaverint considerationibus, concludendis Oratione Dominica, Symbolo Fidei invocationibusque Beatae Mariae Virginis et Beati Iosephi Puglisi.*

*Senes, infirmi omnesque qui gravi causa domo exire nequeunt, pariter plenariam consequi poterunt Indulgentiam, concepta detestatione cuiusque peccati et intentione praestandi, ubi primum licuerit, tres consuetas condiciones, si iubilariis functionibus se spiritaliter adiunxerint, precibus doloribusque suis vel incommodis propriae vitae misericordiam Deo oblatis.*

*Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilius pro pastoralis caritate evadat, haec Paenitentia enixe rogat ut sacerdotes opportunis facultatibus ad confessiones excipiendas praediti, prompto et generoso animo, celebrationi Paenitentiae sese praebeant.*

*Praesenti pro hac vice tantum valituro. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.*

*Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum Apostolicarum, die XIII mensis Decembris, anno Dominicae Incarnationis MMXXII.*

*Maurus Card. Diacege  
Praenitentiarum Vicarius*

*Christophorus Nyfci  
Regens*